

Hilliger

555.  
epist.

1727









12346.  
Ba

N° 47

35

DISSERTATIO EPISTOLICA  
*Præcipua Banni Imperialis Capita*  
*DISPUTATIONIS INAUGURALIS*  
*de*  
*Statu excommunicatorum civili ex men-*  
*te Protestantium*

VIR

*Clarissimus, Amplissimus, Consultissimusq; Dominus,*  
**DN. WOLFGANG  
ANDREAS FERBER,**

J. U. L.

Advoc. Elest. Immatr. atque Senator Zwickaviensis,

Pro obtinendo GRADU DOCTORALI

IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALLENSI

d. Julii M. DCC. XXVII.

habuit,

ex LL. Imperii & Historia expendit

simulque

*Consultissimo Dn. Doctorando tanquam Amico suo*

*integerrimo*

de adipiscendis honoribus Academicis sincerè gratulatur

**August Gotthelff Hilliger, J. U. D.**

---

DRESDAE, JOH. CONR. STOESSELIUS, Typ. Aul. impresit.

Hip 1884

41

THEATRUM MUSICO-MATHEMATICUM  
Sive Musico-Mathematica Compendium  
In quo Musicae et Mathematicae  
Principia, Theorema, & Problema  
Exposita, & Illustrata  
A D. ANDREAS HERBEM  
D. V. V. H. E. A. N. G.





**Q**uem TE in Disputatione Tua  
inaugurali, Statum excommunicatorum et  
vilem ex mente Proscriptorum expositurum  
esse ex litteris tuis Haleæ Venedorum nu-  
per ad me datis cognoverim: Ille autem  
haud levem affinitatem cum Proscripto-  
rum seu Banno imperiali notatorum statu ac conditione ha-  
beat, quædam ad hunc pertinentia, nec ubivis obvia disser-  
tatiuncula hac notare, maxime autem ea, quæ inter maximis  
Nominis Jure Consultos haec tenus disputata vel per leges Im-  
perii novas mutata sunt, ex ipsis Legum publicarum fonti-  
bus, Historia, & viridi earundem observantia, utpote omnium  
optima interprete evolare, atque adducere constitui. In  
Banni autem vocem ejusdemque originem & variam signifi-  
cationem hac vice non inquiram, quum hac in re, & LI-  
MNÆUS (a) & du FRESNE (b) omnibus facile satisfa-  
ciant, sed hoc tantum moneo Bannum, quod Italis Bando  
Gallis *Bannissement*, & Latinis alias *Proscriptio (imperialis)*  
(rectius forsitan quam Bannum) dicitur, nobis significari, die  
Reichs-Acht, Reichs-Ulmgnaade. Hocque recte distingvi  
in primum & reiteratum, die Acht und Ober-Acht. In  
A 2 pri-

*Occasio Dis-  
sertatiuncula  
& ejusdem  
argum.*

*Nomen & si-  
gnificatio  
Banni.*

*Dispositio in pri-  
mum & rei-  
teratum.*

(a) ad Capit. Carol. V. Art. 32. p. 248.

(b) in Gloss. sub voce *Bannum*.

## 4 DISSERTATIO EPISTOLICA.

prius qui incidit nec bona nec famam perdit, utrumque autem amittit, qui Superiore notatus est proscriptio. (c) Nec accedimus illustri Domino de LUDEVVIG (d) adserenti per Acht saltim intelligi Bannum provinciale, per Ober-Acht autem totius Imperii, & hinc utrumque ex Imperii decerni Legibus. Contrarium siquidem testantur Saxoniae & Austriae terræ in quibus utrumque decernitur, tam primum quam reiteratum (e) Hoc autem in multis ab imperiis differre, nec vim suam extra territorii limites exserere, facile & eo luentius concedimus quum vox imperium in Saxonico jure tantum territoriorum denotat BLUMIUS. (f) Jam autem Imperiale, de quo acturi sumus bannum nobis describitur, quod sit Censura s. coercitio, qua quis ita ab Imperio Romano Germanico excluditur, ut a nemine in Clientelam, fidem aut amicitiam recipi, ab omnibus vero tam in persona, quam rebus sub eo imperio sitis impune offendи possit. (g) Ab hac autem coercitione seu vera proscriptio differt privatio (omnium bonorum & jurium Imperii) seu bannum latius sic dictum, quam privationem scilicet Bonorum & Jurium, cum BLUMIO (h) recte omnino coercitionem nominaveris, qua quis ita ab Imperio Romano excluditur, ut a nemine in Clientelam fidem aut amicitiam recipi ab omnibus vero in Bonis sub eodem Imperio sitis offendì queat. Unde simul apparet, Bannum s. Proscriptionem, stricte sic dictam in eo solummodo a Privatione differre quod in banno, praeter offensionem bonorum,

(c) Ord. pac. publ. de anno 1521. Tit. Poen aller Friedbrecher.

(d) ad Aur. Bull. p. 94.

(e) De quo Fidei s. BERGER Econ. Jur. p. 1197. & Fil. animad. ad Cocej. Jus publ. p. m. 331.

(f) ad O. C. Tit. 25, n. 37. Webn. Soc. Acht. Berf. si ero bannitus.

(g) Bid. BLUMIUS ad Process. Cameral. Tit. 29, n. 79.

(h) cit. loc. n. 80.

# DISSERTATIO EPISTOLICA.

5

rum, etiam permilla sit, *offensio Corporis s. personæ banniti; privationis.*  
quæ in privatione exulat, ideo ut *privatus ultra Bonorum per-*  
*ticulum corpore offendere non posse.* Priusquam autem ad ul-  
teriora progrediamur merito paulo penitus, inquirimus, cui  
nam hoc jus decernendi bannum s. proscriptionis imperialis  
competat? Quosdam hoc jus soli Imperatori nostro Roma-  
no vindicasse, & inter ejus reservata retulisse in vulgus no-  
tum est. (i) Imo & Imperatores ipsos, jure hoc aliquando  
solos uios esse exempla ipsa loquuntur. *Quis etenim igno-*  
*rat, FRIDERICUM BARBAROSSAM solum OTTO-*  
*NEM PALATINUM proscriptisse?* (k) *Quis quofo ne-*  
*scit CAROLUM V. JOHANNEM FRIDERICUM E-*  
*lectorem atque Hassia Landgravium PHILIPPUM irre-*  
*quisito Statuum consensu banno notaſſe?* (l) *Quorum Exem-*  
*plum RUDOLPHUS II. in proscribenda urbe DONAVER-*  
*TENSI* (m) & *FERDINANDUS II. FRIDERICUM PALATI-*  
*NUM, CHRISTIANUM ANHALTINUM & GEOR-*  
*GIUM BRANDENBURGICUM COMITEM DE HO-*  
*HENLOE;* irrequisito statuum & Electorum consilio pró-  
scribendo (n) fecuti sunt: Ut ut autem hæc omnia vera sunt, an-  
tiqua tamen non solum tempora testantur, ante *FRIDERICI &*  
*CAROLIV.* atatem neminem ex Imperatoribus Romanis proscri-  
bendi jure solum uisum esse, (o) sed semper statuum Imperii  
adhibuisse Consensum & Consilia, quemadmodum *FRIDE-*  
*RICI I.* qui *HENRICUM LEONEM*, a quo in Italia frivo-

A 3

le

*Judex com-*  
*prens in Pro-*  
*cessu banni.*

*Soli Imperato-*  
*res aliquando*  
*proscripterunt*

*Exempla.*

*Ante CARO-*  
*L V. tempo-*  
*ra, simper sta-*  
*tum conſen-*  
*ſus adhibitus*  
*fuit quod pro-*  
*batur.*

(i) *GAIUS*, d. P. P. II. n. 3. *BLUM.* ad Ord. Cam. Tit. 25. n. 28.

(k) *OTTO FERRISING.* d. G. Friderici Lib. I. cap. 63.

(l) *HORTLEDER* d. C. B. Germ. Lib. III. cap. 16.

(m) *LUDOLPHI Schau-Bühne lib. VII. cap. II.*

(n) *LONDORP.* Tom. II. Lib. VI. c. I. & II. ubi ipsa declarationis in ban-

num formula existat.

(o) *fid. LIMNAEUS ad Capitul. Ferdinand.* III. p. 719.

## 6 DISSERTATIO EPISTOLICA.

Exemplis

Nec Electores  
exempla con-  
traria ratih-  
buerunt sed  
desuper con-  
questi

quo effecerunt  
ut Capit. FER-  
DIN. III.  
ipsorum con-  
fensus expres-  
se referbatus  
fuerit.

le derelictus erat (p) OTTONIS IV. qui *VVittelsbachium*  
(q) & MAXIMILLIANII. qui omnes *Grumbachii Socios* &  
receptatores (r) communi statuum consensu banno notavere,  
aliaque jam non dicenda probant Exempla; Sed & Electro-  
res aliique Imperii Status ac Principes Superius allegata Impe-  
ratorum, consensu ipsorum posthabito, decreta banna, silentio  
haud præterierunt, sed dum FERDINANDUS II. ipsorum  
Consensum & Consilia in proscribendo *Palatino*, plane non  
requireret, illi, maxime autem Elector Saxonie atque Bran-  
denburgicus eandem banni declarationem pro legitima non  
agnoverunt (s) & tam graviter hac de re conquesti sunt, ut  
postea in Tractatibus Pacis Westphalicae de modo declarandi  
statum Imperii in bannum deliberatio omnino fuerit institu-  
ta, & licet tunc nihil concluderetur, (t) sed res ad proxima com-  
itia, per R.I. novissimum (u) denuo prorogata, rejiceretur,  
attamen id tandem effectum ut, dum in Capitulatione CARO-  
LI V. hoc saltim contineretur, ne *Statutum sine previa Causa*  
*cognitione in Bannum declaretur*, in Capitulatione FERDI-  
NANDI III. (w) cautum omnino fuerit, ne *sine Consilio &*  
*Consensu Electorum fiat*, ohne Wissen, Rath und Willigung  
des Heil. Reichs Thur-Fürsten, quod & in posterioribus  
Capitulationibus non fuit neglectum. (x) At nec in hoc ce-  
teri

(p) Otto de S. Blasio, cap. 24.

(q) Id, Cap. I.

(r) R.J. Auguste d. a. 1566. §. 7. segg.

(s) apud LONDORP. Tom. II. cap. declaratio nullitatum in causa declara-  
tionis in bannum Palatini exhibetur. BURGOLD. P. III. Dis. VI.  
LUDOLPH. Schau-Bühne lib. 23. c. 2.

(t) f. P. Art. VIII. §. 3.

(u) §. 192.

(v) Art. XXX.

(x) LEOPOLD. Art. XXVIII. JOSEPHIN. Art. XXVII.

teri substituerunt status, sed, quum animadvererent, qvod in  
dicta Capitulatione tantummodo Electorum consensu refer-  
vatus fuerit, data nova occasione, quum scilicet Imperator  
*JOSEPHUS* Bavaram banno notaret (y) atque Colonensem res-  
feudis suis privaret, adhibito saltim consilio Electorum, sua  
qvoque Jura & ad banni declarationem necessarium ad sensum  
quidam Imperii Principes Reges puta *Svecie* atque *Dania* re-  
tione Provinciarum Germaniae, Dukes *Saxo-Gothanus*, *Isena-*  
*censis*, *Brunsvicensis*, *W&rttembergensis*, *Mecklenburgensis*, *Land-*  
*gravi* *Hasso-Casselanus* & *Darmstadiensis* exhibita de super Au-  
lae *Cesarea* solemni protestatione (z) ex ipissimis *Capitula-*  
*tionibus Leopoldina* nempe & *Josephina* (aa) qvibus Imperato-  
res se declararunt obligaruntque se in omnibus causis majo-  
ris momenti, fine consensi statuum nihil acturos, nec a fes-  
tione & voto suspensuros esse, vindicare salvareque fue-  
runt solliciti. Nec felici eorundem opera carebat successus.  
Postquam etenim Clementissimus Imperator hoc tantum  
orum commentario reponeret, se per Capitulationem in de-  
claratione *status in bannum* ad consensum Electorum esse ad  
strictum, nec tamen defuturum, ipsorum monitis (bb) si com-  
muni aliud decerneretur consensi, hoc autem ut efficeretur,  
noxae mutuæque inter utrumque Collegium Electorale scilicet  
& statuum adsumerentur consultationes esse necesse; dicti  
Principes clementissimæ huic declarationi insistentes, omnem  
postea contulere operam suam, ut communicatis, inter  
utrum-

*gborum festi-*  
*gis & ceteri*  
*status inniten-*  
*jurisque sua*  
*protestatione*  
*obincentes i-*  
*dem effec-*  
*runt, ita ut*

(y) *Conclusum Collegii Electorale bannique publicationem exhibet FABER in der Staats-Cantiley Tom. XI. c.XI. LUNIG. P.Gen. Cont. II. Fortsæb. p. 304.*

(z) *quam habet FABER in der Staats-Cantiley Tom. XII. cap. XI. & Tom. XIV. c. V. Eletta J. P. Tom. I. p. 591.*

(aa) §. III.

(bb) *FABER Staats-Cantiley Tom. XII. c. II. & Tom. XIV. c. 5. mos-  
nathlicher Staats-Spiegel Jul. 1707. p. 33.*

## 8 DISSERTATIO EPISTOLICA.

*Proscribendi  
jus statum im-  
perii Capit.  
Carol. ad co-  
mitialem o-  
mnium statu-  
m statu-  
m ad-  
fictum sit.*

utrumque Collegium Consiliis iisque, unanimi Concluso, uni-  
tis nova Augustissimi nostri Imperatoris Caroli II. Capitula-  
tioni (cc) eorum placitum, quo declaratio status in bannum  
impostorum ad omnium tam Electorum quam Ceterorum sta-  
tuum communem, comitalemque consensum atque Consilium ad-  
stricta est, inseretur. Ideoque nullum amplius est dubium  
hodie Imperatorem non solum, sed una cum Imperiali Colle-  
gio in Causis declarationis status in bannum, judicium denum  
esse verè competentem, unde & eo minus eorum sequenda  
est opinio, qui Proscriptionem ipsis Imperatorum reservatis  
adsociarunt. Imo nec eam admittere possumus distinctionem,  
**COCCEJI** cui illustris Dn. de Coccej (dd) innititur, quem dupli ser-  
dis distinctio in-  
ter reservata  
notatur & re-  
jicitur.

*Camere Impre-  
riali competit  
quoque jus  
banni.*

utrumque proscriptiōne status referat; quum etenim reservata cum  
aliis potius (ff) propriè ita definiamus, que soli Imperatori  
competant jura, sic ut neque status in comitiis, neque in territo-  
riis nulla ratione concurrante, quivis facile deprehendet, pro-  
scriptionem, neutro sensu ad reservata trahi posse. Licet au-  
tem soli Imperatori & Collegio Imperiali, jus statum in ban-  
num declarandi competit ea propter tamen Camere impe-  
riali Jus suum subditos Imperii, in causis fractae pacis, absque  
Electorum & statuum contentu proscribendi non denego, sed  
eo libentius ipsi adstruo, quum & Bluminus (gg) & Faber (hh)  
multa hac in re fundata exercitaque jurisdictionis sue adle-  
gent

(cc) *Act. XX.*

(dd) *in Jurispubl. Prudent. Cap. xxiv. §. 6.*

(ee) *quorum Capita cit. loc. §. 3, exhibet.*

(ff) *Dn. de BERGER in animad. ad Coccej. cit. cap. §. 6. p. m. 337.*

(gg) *Tit. 25. §. 28. ad Process. Camera.*

(hh) *Staats-Cantley Tom. IV. p. 694.*

DISSERTATIO EPISTOLICA. 9

gent exempla, sed & concurrentem cum Imperatore ipsi adscribant jurisdictionem, ideoque & præventioni locum relinquent (ii) Imo Camera idem Ius in R. I. novissimo (kk) confirmatum esse, nemini non constat: Et allegatum à FABRO Exemplum *VValtheri Caunotte ob contumaciam à Camera Anno 1698. banno damnati abunde testatur;* Illud ipsum contumacia Bannum contumacia abrogatum est.

Bannum autem in Imperiali Camera amplius non invenire locum, sed plene abrogatum esse, per Capitulationem Carolinam (ll) edicti sumus. De Judicibus Banni Imperialis certi, nunc quoque de personis, quæ illi subjacent nobis dispendium est. Eo autem, quemadmodum potest SCHWEDER (mm) aliqui non solum statum Imperii die *Stände des Reichs* und andere dessen Glieder, sed & alios, qui Imperio non sunt status notari posse adfirmare non dubitamus. Historia enim nos docent, Grumbachium (nn) ob attentata contra Heribopolitanos, & Lutherum in Comitiis Wormatiensibus 1521. Imperii Banno quoque perculfos atque damnatos esse. (oo) Hinc quoque Præfecti militum, qui sine consensu militum delectum instituant, & perjuri banno ex lege Imperii notari debent. (pp) Nec universitates ab eo immunes esse Donawertha, Brema & Erfurtum nobis sunt exemplo. (qq)

B	Non	Exempla Non-Statuum
		statum banni- untur ut &

(ii) *R. f. d. a. 1512. §. und ob Iurungen. Ord. P. P. d. a. 1512. GAIL. L. 2. P. P. c. II. n. 3.*

(kk) §. 162.

(ll) §. 20. circa finem. S. Und so viel das Bannum contumacie belangt.

(mm) *Ius publ. cap. 21. §. 1.*

(nn) *R. f. Auguste d. anno 1566. §. 7. Ratisbone d. a. 1567. §. 45.*

(oo) *SLEIDAN. lib 3.*

(pp) *R. f. Trebitz & Colon pars prima de ann. 1512. §. 6. R. f. Ratis-  
bone de ann. 1544. §. 37.*

(qq) *HAPEL. histor. mod. Europ. p. 243. & 655. Vita LEOPOLDI p.  
473. aliaq[ue],*

## IO DISSERTATIO EPISTOLICA.

Non solum autem ipsi delinquentes eo percutiuntur, sed & receptatores. (rr) nec enim hic nobis desunt exempla: siquidem & Dux Saxonie JOH. FRIDERICUS nulla alia de causa quam quod Grumbachium receperat, in idem bannum inciderat, (ss) Imo ut nec in diversoria ut hospites eos recipere liceat. (tt) Impune autem bannitos recipiunt tam ipsorum Parentes, quam liberi (uu) utpote qui ob amorem, reverentiam pietatemque quam sibi invicem debent, merito excusantur & sic quoque paenam, in receptatores imperiali legge statutam evitant. Pari quoque immunitate a banno iij fruuntur, qui ex privilegio bannitos recipere valent. Quale Privilegium, ARCHIDUCIBUS AUSTRIÆ, DUCIBUS WURTEMBERGENSIBUS, Comitibus de Leiningen, Marchionibus Hochbergensibus, Aqvigranensisbus, Ulmensibus & Memmingensibus, nec non Monasterio Salem-Schweilense adscribitur, (ww) ut tamen hæc de receptione mediatorum banno notatorum intelligas, Status enim immediatos imperii, si banno damnati sunt, nec privilegio munitus impunè potest recipere, sovereque. (xx) Nunc autem quoque eorum facienda est mentio, qui banno nostro imperiali plane non scriuntur, sed privatione Bonorum tantummodo plectuntur si in criminis alias banno digna inciderint. Quorum ad Classem imprimis referuntur Personæ ecclesiasticae Romano Cœ-

Immunis a  
banno imperi-  
ali sunt.

(rr) in Recessu Heribopolitano de anno 1289, in ord. patris Neustadt ann. 1467.  
apud MULLERUM FRIDERICO IV. Vorst. c. XLI. p. 292. Es sollen auch die, die den- und dieselben Frieden übersfahren, wissentlich hausen, herbergen, aben, tränken, hinschicken, oder ihnen Hülfe und Bestand thun würden, als Überfahrer des Friedens gestrafft werden.

(ss) MULLERI Annales Sax. ad ann. 1566.

(tt) RHETIUS in disp. d. Hospitatur c. 7. p. 16.

(uu) SCHWEDER Jur. Publ. cap. 21. §. 6.

(vv) SCHWEDER cit. loc. STRUV. Jur. publ. cap. 24. §. 13.

(xx) STRUV. alleg. loc.



## DISSERTATIO EPISTOLICA. II

Catholice, cum enim hi solum Papæ adorantes Sceptrum Imperatoris Jurisdictioni amplius non pareant, nec in judicio aulico nec in Camera imperiali forum illis competens sit, vi-  
gore Concordatorum & observantia (yy) sed etenim tan-  
tum, quatenus bona ab, vel in imperio possident, hisce judi-  
ciis aliorum instar Imperii subditorum subsunt (zz) nec adeo  
a Cæsare banniri posunt, licet delictum banno dignum com-  
miserint, sed bonis tantummodo, & juribus, privilegiisque,  
quaæ ab Imperio habent privantur, (aa) quod non solum Ar-  
chiepiscopi Bremensis sed & novissimo Josephi Clementis, Ele-  
ctoris Coloniensis exemplo clare demonstratur, qui licet Electo-  
rali dignitate & terris privaretur (bb) jure tamen Archiepisco-  
pi, etiam ante restitutionem (cc) semper usus gavisusque  
est. Alta vero Augustana Confessionis addictrum persona Non autem  
rum ecclesiasticarum est conditio, haec enim cum Pontificis Protestantium  
Romani sacrum imperium non amplius colant (dd) non pos-  
sunt non Inrisditionem Imperatoris judiciorumque Imperii  
agnoscere, quare etiam haud inepte sic sentiente BLUMIO  
(ee) in Bannum Imperii proprie sic dictum omnino damna-  
tur. Eadem ab imperiali banno immunitas, idemque Priva-  
legium Mulieribus omnibus etiam illustribus bonaque imme-  
diata, ab & in imperio possidentibus, datum atque conces-  
sum est; adeo ut & illæ si vim publicam per suos Praefectos  
alteri inferri mandaverint, aut bannitos domo, mensave rece-  
perint,

B 2

(yy) BLUM. Tit. 36. §. 43.

(zz) vid. form. Juram. in append. Exam. J. F. STRYK. x. 14.

(aa) BLUM. Tit. 29. §. 86. Et u4. hinc in Capit. Carol. Art. 20. dicitur  
Nicht oder Prisfaction.

(bb) MYNSINGER Cent. 9. obser. 58. FABER Tom. XI. p. 615. ipsam  
declarationis Formulam exhibet.

(cc) pace Badensi art. 15. factum.

(dd) R. J. de anno 1555. Damit auch 20.

(ee) alleg. loc. §. 184.

(1) Personæ  
Ecclesiastice  
Romanae Ce-  
remonialis.

Exempta pro-  
batur.

Non autem  
sacris addicitur.

2) Mulieres.

perire, vel aliud banno dignum commiserint, delictum, banno non feriantur, sed bonis tantum omnibus beneficiis, favo-  
ribus privilegiisque juris communis ac municipalis priven-  
tur. (f) Cujas exemptionis rationem a personali banno der-  
Verſeevelung Interpretes Juris merito in verecundia, pudore,  
pudicitia ejusque periculo querunt, ne scil. dum bannitorum  
corpus cuiusvis invasioni exponitur ea periculum incurat. (g)  
Hanc siquidem cum vita pari paulo ambulare, nec sicuti vita,  
sic castitas semel amissâ postea restitui potest; L. un pr. vers.  
maxime C. de raptu Virgin. Eaque & pudicitia, ex eorum  
sunt numero, sine quibus ut SENECA (h) ait, vivere quidem  
possimus, sed ut mors potior sit. Et haec quoque est ratio,  
quod virginem vel mulierem pudicitia defendendæ servandæque  
causa violentem stupratorem interficere licet. 1. § 4. ff. ad  
L. Cornel. de sicc. C. si Paulus 1t. cauf 32. quest. 6. Imo & ille  
qui saltim hlanda oratione pudicitiam mulieris attentat, injuriarum teneatur 1. 15. §. 20. ff. de injur. quia ejusmodi atten-  
tatum, ad infamiam pertinet. 1. 1. § 2. de injur. Et ut veritas  
jam dictorum & hic eo magis eluceat, iterum ad Praxin Imperii  
provocamus & exemplum, quod observationibus suis no-  
bis communicavit MYNSINGER (i) de foemina quadam A-  
GNES Jim Hoff dicta civi colonensi adnotamus. Huic Personae  
narum ecclesiasticarum, atque mulierum privilegio & hoc acce-  
dit, quod priuationis sententia contra eas non sub dio, sicuti in  
banno fit, sed in ipso Consistorio Principis, judice pro Tribu-  
nali sedente (k) feratur, Personis merito adjungimus causas,  
seu delicta ob quæ banno imperiali quis punitur, quæ consistunt  
vel

(f) GAIL. d. PP. Cap. I. n. 34. & seqq. BLUM. ad Ord. Camer. Tit. XXIX. n. 117. MYNSINGER Obs. Camer. Gen. 8. Obs. 39. n. 7.

(g) BLUM alleg. loc. n. 117.

(h) Lib. I. de Benef. c. II.

(i) cit. loc. n. 8.

(k) BLUM. cit. loc.

vel in committendo, vel omittendo. Committendo peccat, qui alii quid agit contra Constitutiones Imperii, ut qui statum Imperii Augustanae Confessionis, vel Romanæ Catholicae religionis, propter eam ipsam religionem, fidem de facto vi turbat, (l) qui quoconque de causa, vel quoconque praetextu aliquem armis oppugnat, spoliat, obsidet, de possessione dejicit, (m) qui alioquinque modo contra Constitutionem de Pace publica aliquid tentat, minatur, conatur, ita tamen ut in actum aliquem externum prouperit (n) 2) Omitiendo peccant, qui imperii Constitutiones in uno, vel pluribus articulis neglexerunt; illis non paruerunt, sed in parendo se negligentes praebuerunt, aut moram fecerunt, (o) qui Collectas Tributa vel pecuniam imperio debitam exsolivere reculant, in iis cavo exsolivendis moram dolose contrahunt (p) qui Cameralibus Citationibus mandatis, sententias non moram gerunt. (q) Ob hac enim, similiaque crimina qvorum Catalogum M Y N S I N G E R U S cit. loco exhibet omnes regulariter vel mediare vel immediata Imperii subjecti statu, sive sint imperii, sive alias neminem nisi imperatorem recognoscentes, etiam universitates, ut allegata indicant exempla, banno imperiali mancipari possunt (r) ut tamen Contumacia Causas excipias, quum, ut supra ex Capitulatione Carolina (s)

1) Commitendo  
do,

2) Omitendo.

(l) Recess. imp. de anno 1555. §. und damit solcher Friede ic.

(m) Käyserl. Land-Friede de anno 1555. §. und ob iemand.

(n) all. text. BLUM ad Ord. Camer. Tit 29, n. 28. usq; ad n. 103. ubi 15. causas deterrendi banni allegat probatq;.

(o) O. C. P. 2. l. 9. §. So iemand. Käyserl. Land-Frieden de anno 1548. Tit. von Pön der Verfahrung dieser Ordnung. R. f. de anno 1569.

§. ebenmäig.

(p) R. f. de anno 1547. §. Würde sich aber. 1559. §. im Fall auch einiger Stand. anno 1613. §. eod. R. f. Auguste de anno 1582. §. 14;

(q) O. C. p. 2. Tit. 18 p. 3. Tit. 43. Et c. Et c.

(r) R. f. Wormat. de a. 1564. §. Und wollen wir als Römischer Käyser;

(s) §. 20. circa finem.

docuimus, bannum Contumacæ unanimi statuum consensu plane sublatum sit. Nunc vero ut & *Banni imperialis Effectus* evolvamus necesse erit, I.) autem iis qui horrendo hoc proscriptionis judicio percutiuntur, aqua & igni interdictur, ita ut a nemine in Clientelam vel amicitiam recipi possint ac debeant, (t.) II.) Infamia quoque proscripti notatur, (u.) III.) Cujusvis invasioni quod vulgo Vogelsfrey vocatur exponuntur (w) An autem per verba aurea Bullæ: impune invadere, das an hinc ieder ohne Strafe verfrevelen, & verba des Land-Frieden: Ihr Leib und Guth iedermann erlaubt seyn, daß niemand davon freveln oder verhandeln soll und mag, ic. ea quoque cuivis data sit licentia ut bannitum deprehensem occidere possit, frequenter inter J. Ctos haud infirmi subcellii quæsitum disputatumq; est. Affirmative inter veteres CLARUS, (x) GAILICUS, (y) BLUMILUS, (z) inter recentiores autem HORNIUS, (aa) TITIUS, (bb) suo adiunt calculo, adfirmantes eum qui bannitum interficit, ab omni poena & culpa, tam in foro externo quam interno seu conscientia esse immunem, ac tutum. (cc) At enim vero si allegata verba sensim que corum proprium, paulo penitus inspiciamus beneque ponderemus, quod verba nunquam improprianda sint (si ita loqui)

(t) d. n. Land-Frieden d. ann. 1548. Art. Wie gegen. §. 6. Und wo. O. C. p. 2. 111. 2. §. 6.

(u) A. B. C. I. §. 2. Land-Frieden de anno 1548. Art. 3.

(vv) O. C. P. II. Tit. 9. §. 10. §. Und wo es derhalben.

(x) in praxi criminali §. homicid. n. 52. 54.

(y) de P. P. I. 2. c. 6. n. 12. seqq.

(z) ad O. C. Tit. 29. n. 182. §. 190.

(aa) Jur. publ. cap. 58. §. 1. p. 655.

(bb) Jur. publ. lib. 6. c. 2. §. 64.

(cc) RHETIUS in Disputat. de jure necessaria defens. cap. 2. n. 17. ubi ramen distinguit an inter necio zelo iustitia, an ex odio erga bannitum fiat, & priorem demum adprobat.

qui licet) maxime in causis odiosis, ubi odia potius restringenda quam extendenda veniunt, haud difficile cognoscemus, quod, quum & Aurea Bulla & pax publica cit, loc. tantummodo de invasione, & deprehensione banniti, vel bonorum ejusque detinione loquantur, ita scil. ut eum capiendo, detinendoque eum & bona ejus non delinquat, ea contra Augustissimi Legislatoris mentem ad bannitum interficiendi licentiam & potestatem nullatenus trahenda atque extendenda sint; alias enim & bona Bannitorum, si in sensu plane improprio ista verba sumere velis & posses, occupanti cederent, quod absurdum nemo sanus unquam statuerit. Neganti itaque sententiae cum Dn. LIMNÆO(dd) & STRUVIO(cc) ut ad stipulatur eo minus dubii sumus, quum haec nostra interpretatio alias Imperii legibus allegatas sat clare & quidem authentice interpretantibus, ni fallor, recte conveniat. In pace enim Neustadiensi (ff) verba sequentia sat clara leguntur: Ob aber iemand darwieder handeln würde, soll in unsere Kaiserliche Acht und Ober-Acht gefallen seyn, und ein ieder Macht haben, Ihme und Sie mit samt ihren Hab und Gutb an allen Enden und Städten im Reich NB. anzuhalten, anzunehmen und mit ihm zu handeln, als sich mit Übersahrern solches Friedens und Geboths gebühret. Quis quoque verbis his hunc tribuere aut potius effingere vellit sensum, quod bannitum non solum invadendi, capiendo, eumque cum bonis, suis detinendi, sed & occidendi unicuique data sit licentia atque facultas, quum si genuino proprioque ipsorum insistas sentui (cur autem improprianda forent?) nihil aliud inferant, quam ut quilibet illum capere & detinere, anhalten, annehmen, possit nec ad id vel judicij competentia aut potestas

Negativa ab  
legatur. 5

probatur

rejecta simul  
& refutata.  
affirmativa.

ju-

(dd) ad A.B. Cap. I. §. 2. obserbat. 14.

(cc) in Jurisprud. publ. Cap. 24. §. 11. p. II 24.

(ff) MULLER IV. Vorst. Cap. XLI.

## 16 DISSERTATIO EPISTOLICA.

judicialis vel iussio requiratur; sed privato auctu ubique locorum peragi haec omnia possint. Ut tamen honorum apprehensionem ad eos quoque restringas, quibus vacantia bona, & delinquentium occupandi jus est. (gg) Hoc enim cum regulariter non licet, nec quis sine autoritate judicis, aliquem captivum facere, bonaque ejus & possessionem invadere ac occupare possit, haec in banni causa laxata etenim sunt jura, nec alia per remissionem dei Versievelung permisa esse ac intelligi sobrie potest, licentia atque facultas. Quid ut eo securius, certiusque credam, & ea, quae mulieribus, quoad personalem hancce deprehensionem legibus Imperii data est immunitas, me adducit ac invitat. Quia enim per eam bannitos detinendi prehendique licentiam, improbis sat opportuas, mulierum pudicitiam attentandi violandiisque daretur occasio, Augustissimi Legislatores sine dubio, non tam vita quam potius castitatem ac pudicitiam, vita non solum pari sed & longe praestantiori iveri consultum, ne thesauro hoc plane irrecuperabili, tali modo excedant, atque preventur; quibus simul NELLII (hh) & CLARI (ii) falsa & sine dubio ex falso principio isto, quod bannitum occidere licet, exorta opinio, ac si in mulierem bannitum impune adulterium committi posse, nec non BERLICHII (kk) stupratorem violentum, eadem ex ratione a poena stupri violenti eximentis sententia refellitur. (ll) In viam autem redeentes, nec hoc nostra praeterimus observatione, quod illa ipsa invasio personae & honorum bannitorum ad imperii fines tantum sit adstricta (mm) bannitos-

que

(gg) bene id obserbante monenteque STRUVIO Cap. 24. §. II. in not. in fine.

(hh) de Banni. p. 2. qvæst. 46.

(ii) in §. homicid. n. 56.

(kk) p. 4. Concl. 41 n. 49.

(ll) Adde ANTON MATTHÆI de Crimin. ad lib. 48. A. Tit. §. c. n. 4.

(mm) argum. l. ult. de jurisd.

que extra imperii fines, plane inviolabiles esse tam quoad personam, quam bona, imo & omnes actiones, quas erga exterarum provinciarum incolas habent, ipsis manere latus (nn) IV.) Banniti quoque omnia bona feudaque amittunt; ita tamen ut immediata imperii feuda Fisco imperiali cedant (oo) Mediana vero Territorialis sibi adplicet Fiscus omnia bona (pp) instant ut Territoriorum Domini sibi tenore hujus Ca- feuda, pitulationis, allodia quoque recte vindicent. V.) Deplorando, V.) Omnia ju- Bannitorum statui & haec accedit calamitas, quod omnibus ra, pribilegia juribus dignitatibus regalibus ac privilegiis, i.e. sicut territo- rio, ita quoque territorio Juribus plane excidant. (qq) VI.) Non Civitatis autem solummodo, sed & humanitatis jura amittunt, quum & Cives imperii Romano Germanici esse desinant, & quævis humanitatis, officiorumque viciſtudines, & com- mercia, & sic quoque quæ juris gentium sunt, perdant. Sunt extra protectionem, clientelam, & fidem imperii, habentur pro hostibus transfugis ac rebellibus, quos urbe domo men- have recipere omnibus interdictum est. (rr) Qya de causa & Etiam adi- actions nullas, quæ juris civilis sunt, vel ex obligatione, jurar nes, tam in- mento aut foedere ipsis competunt, contra alios instituere, imo fituendas ne quidem antea jam institutas, ulterius proseqvi possunt, (ss)

C per

(nn) BLUM, ad C. O. Tit. 29. n. 85.

(oo) Capitulat. Carol. §. 20. ob. Was nun denen also in die Sicht er- klärt.

(pp) cit. Capitul. C. d. 20.

(qq) Land Frieden de anno 1548. Tit. die Pön derer Friedbrecher. O. C. p. 2. Tit. 9. §. So iemand. BRAUTL. Jur. publ. 3 c. 5. n. 14. Col- leg. Publ. de Statu Rei Rom. E. I. disp. 6. eb. 39. Lit. E. SIXTIN. de Regal. lib. I. c. 6. n. 55. seqq.

(rr) GAIL. l. 2. d. P. P. c. n. 20. BLUM. cit. loc. n. 82.

(ss) BLUM, cit. loco 191. MYNSING, Cent. 3. obs. 30. Et ad eam contin-

Extra Imperii  
fines tamen  
bires suas non  
extendit ban-  
num.

IV.) amittunt  
Fiscus omnia bona  
(pp) instant ut  
Territoriorum Domini sibi  
tenore hujus Ca-  
feuda,  
pitulationis, allodia  
quoque recte vindicent.  
V.) Omnia ju-  
Bannitorum statui &  
haec accedit calamitas,  
quod omnibus ra,  
pribilegia  
juribus dignitatibus  
regalibus ac  
privilegiis, i.e.  
sicut territo-  
rio, ita quoque  
territorio Juribus  
plane excidant.  
(qq) VI.) Non  
Civitatis quam  
humanitatis  
E. qæ Juri  
juris gentem.

*quam insitum.* per amissionem enim juris civitatis persona quoque eorum ad standum in judicio redditur inhabilis. Et licet bannitum ipsum convenire licet, cive convento salva maneat defensio, utpote quae nemini auferri potest, tamen neque ex L. diffinari provocatus comparens postea agere, neque reconventionem contra eundem actorem a quo ipse conventus fuit, instituere valet (tt) Imo & fortis privilegium amittit bannitus, hinc si princeps, Comes vel alius, qui privilegio prima instantia (Derer Austrag) gaudet banno vel privatione bonorum multatus & eo privatur, quod ex legibus Imperii adducto simul Archi-Episcopi Bremensis exemplo probat MYN-SINGER. (uu) Non immerito autem inter domitianas tam refero quæstionem, quam vidam effinxit, an aliud actionem banniti competentem usurpare & in sui commodum possit prolequi? Adebat evidem non nemo (ww) qui illam affirmat & ea quidem ex ratione, quia des Banniti Leib, Hab und Güter iedermanniglich erlaubt seyn. Actio autem fit inter bona & pars bonorum. At enim vero quum supra jam demonstraverimus, bona banniti non ideo cuvis permitta ejusque apprehensioni expedita esse, ut illa sibi ad propriare possit, sed ut eo facilius, in fiscum redigantur, nemo non simplicitatem temeritatemque hujus quæstionis cognoscet. Nec alia de causa statu banniti jure eligendi Imperatores excludunt quod Electoribus Bayaro & Colonienſi in nuperima Caroli V. electione quoque contigit, non obstante corundem protestatione de-

*An aliud banni-  
niti actiones  
usurpare pos-  
sit? quod ne-  
gatur refuta-  
to simul THI-  
LON. de BE-  
NIGN.*

*Pure eligendi  
quoque exci-  
dunt statu  
Banniti.*

super

Fabrie, ubi Goslarensem tum bannitorum prejudicium qui Aktion sua contra Henricum Brunsbicensem Ducem a Limine Judicis a Camerario repulsi sunt, allegat.

(tt) BLUMIUS cit. Tit. 29, n. 194, GAIL, cit. loc.

(uu) Cent. I, obs. 90. & Cont. FABRIC. ad eand.

(ww vv) THIL, d. BENIGN, obserb. pratt. 21, in fin.

superfacta. (xx) VII.) Et hæc bannitum sequitur & contumelia, quod si intra annum a banno absolutionem non impetrat (yy) ecclesiastica censura tunc quoque norandus sit. (zz) Bannum autem tamdiu durare, donec bannitus absolutionem, & restitucionem in pristinum statum & jura & bona (quæ in bannum Saxonum superius condemnatus non recuperat, licet innocentem suam postea probaverit, Land-Richt 38, BERGER oeconomic. Jur. p. 1197.) supplex obtinuerit, ex O. C. (a) in vulgus notum est. Ipsi absolutio & restitutio vero, vel per modum iustitiae, cum quis innocentiam suam sufficienter adstruxerit, vel contumaciam purgaverit, vel in sententia injunctis satisferit, vel per modum Gratiae peragitur. Ad quam Classem autem novissima defuncti Electoris Bavari & Coloniensis Pace Badensi restitutorum exempla referenda sint, historia nostræ temporis probe inspecta, facile dijudicaveris, hisceque perspicere nec in cohærebis, quod ad absolutionem ac restitutionem Bannitorum, qui status sunt imperii, statuum quoque requiratur consensus comitalis. Cum autem nemo pro banno habendus sit, qui crimen banno dignum committit, etiam si notorium sit, nisi protali per sententiam declaratus sit, hanc autem necessario præcedere debeat, legitimus processus (b) ei quoque qua ad banni processum legibus imperialibus requiruntur, forent adducenda. Postquam autem hac in re operium nobis fecerunt, GAILIUS & BLUMIUS, qui in libris a

G 2

no-

VII.) Per annos  
num in banno  
persessens ex-  
communicata-  
tur.

Quoniam ban-  
num duret?

Restitutio  
bannitorum  
sit duplicito-  
do.  
vel per mo-  
dum iustitiae,  
vel

Gratiae.

Ad status ab-  
solutionem  
statuum quoque  
requiritur  
consensus.

De Processo  
banni remitti-  
to,

(xx) STRIV. J. publ. c. VII. §. VII. p. 278. & 280. in notis.

(yy) Land-Frieden de anno 1548 Art. Von denen, die über Jahr'ze. O. C. Augst. d. ann. 1500. Tit. Von denen, so über Jahr und Tag in der Richt verharren.

(zz) BLUMIUS Tit. 77. n. 43. & GAIL. 2. d. P. P. 18. n. 27.

(a) P. 2. Tit. 18. BLUM. Tit. 77. n. 47 ubi de restituzione honorum ferme & honorum prolixè more suo agit.

(b) Capit. FERD. III. not 30. FERD. IV. & LEOPOLD. art. 28. JOSEPH. art. 27. & CAROL. VI. art. 20.

20 DISSERTATIO EPISTOLICA.

nobis allegata omnia hujus capita sat diligenter excussere, ad eos nos &c alios remittimus, hoc tantum addentes, ad ejus Substantialia sicuti in aliis Procesibus requiri 1.) *Citationem* quæ vel ad instantiam partis, vel Procuratoris Fiscalis contra Litis Contestatio delinquentem agentem decernitur (e) 2.) *Litis Contestatio* quam excipit. 3.) *Cause cognitio* ubi probe perpendendum, an qualitates, & requisita Essentialia Criminis fractæ pacis publicæ rite probata sint; (d) delicti enim qualitate (et) *puta*, quæ crimen & pœnam ab aliis distinguit (e) non probata reus absolvendus est. (f) Hoc autem in *Processu banni* qui contra statum Imperii intruitur atque peragitur, singulare est, quod acta ad ipsa Comitia imperialia deferri ibique membris quibusdam ex tripli statuum Collegio specialiter ad banc rem electis (etiam Comitibus & ecclesiastica dignitate splendoribus) juramento obstrictis, numeroque pro diversitate religionis partibus tradi debeant, qui iis diligenter, graviterque perpensis eorum Capita & summam in ipsis Comitiis, omnibusque statibus presentibus additis simul votis suis atque arbitrio exponant, ab ipsis statibus autem postea collectis omnium votis sententia feratur, accedente demum Imperatoris vel ejus Commissarii adprobata. Sub dio olim tione Imperatoris nomine publicetur. (g) Operæ quoque erit pretium adnotare quod sententia contra bannitum lata sub dio olim declarata fuerit. (h) Eum qui in Camera Imperiali in

(c) Kaiserl. Land-Frieden de anno 1548. Tit. 18. §. Doch soll und mag.

(d) *Recess. Imp. de anno 1594.* §. Dieweil dann ferner.

(e) *Homod. Consil.* 140.

(f) *Quod prejudicio Camerale firmat. MTNSING, Cent. I. obs. 40. & Contin. ejusd. ad eand.*

(g) *Capit. CAROL. all. Art. 20.*

(h) R. J. Ratisbone d. anno 1576. s. 5. 7. quod ex literis expeditatibus a Maximiliano II. anno 1573. super Hennebergici Comitatus parte Ali-

publicando, declarandoque banno obtinet modus, accurate adnotavit BLUM US. (1). In imperiali autem ab ipso IMPERATORE & IMPERIO decreto banno convetus, ex iis, quæ circa Bavari & Coloniensis Electoralis declaratum bannum & privationem obseruata sunt, solennitatibus perfici potest, Ipsa enim proscriptio siebat in *Aula Imperatoris*, sententiaque declaratoria, prævia propositione prælegebatur, postea autem litteræ investituræ discerpebantur & in frusta dissipabantur, his autem rite peractis, declaratio banni diversis in locis Vienne & Ratisbona per certos faciales publicabatur. (k) Ipsa sententia & ejus formula olim erat gravissima (l) auditus ter-

Locus publica-  
tionis, & cir-  
ca eam Solen-  
nitates con-  
fcta.

GUSTO Electori concessa patet, quas exhibet LUNIG Cont. II, p. 370. des Reichs-Archivs: Als wir auf rachsam Gutachten und freyer Heimstellung deren auf unsern erst gehaltenen Reichs-Tage zu Augspurg anwesende Chur-Fürsten und Stände, auch den Abwesenden Räthe, Bothschaften und Gesandten, etliche Unsere und des Reichs ungehörigste Rebellen und Achtere iedergest bey Herzog Johannes Friederich von Mitteln zu Sachsen, zu Gotha und Grimmenstein enthalten, samt ihren Receptatorn in Unsere und des Heil. Reichs Acht erkläret, und daselbst zu Augspurg unter freyen Himmel mit gewöhnlichen Solemnitäten öffentlich de- nuozieren und ausrufen.

(i) Tif. 77. n. 13. usque 35.

(k) STRUV. c. 24. §. XI. p. 1120.

(l) Eam exhibit GOLDASTUS Tom. I. Reichs-Sagungen p. 238. et  
bius toniora: Wir theilen deine Wirthin zu einer wissenschaften  
Wittwen, und deine Kinder einen ehrhaften Waysen, deine Le-  
ben dem Herren, von dem Sie zu Leben ruhren, dein Erb umbeigen  
deinen Kindern, deinen Leib und dein Fleisch denen Thieren in den  
Waldern, denen Vögeln in der Luft, und denen Fischen in Was-  
sern. Wir erlauben dich iedermanniglich auf allen Straßen und  
wo ein egleich Mann Fried und Freit hat, da sollt du keines ha-  
ben, und wir weisen dich die vier Straßen der Welt in den Nah-  
men des Teuffels. Hodir autem sic esse solet: Sezen sie aus den  
Frieden in den Unfrieden, und erlauben ihy Leib, Haab und Gü-  
ther iedermanniglich.

ribilis. Ea autem quæ contra Electores modo dictos publicata est, habetur apud FABRUM. (m) Tandem & executionem sententie bannis considerasse non pigebit. Modum ordinemque Executionis in Imperiali Camera contra Imperii subditos banni damatos, consuetum diligentissime descripsit BLUMIUS. (n) At quomodo & a quo executio contra imperii statum bannatum peragenda sit, superiori seculo frequenter quæstitum & disputatum est. At & hinc dubius, per novissimam Imperatoris CAROLI VI. Capitulationem (o) impositus est finis, utpote in qua fanicum est, quod ea, ab alio nomine quam Directore Circuli, cui bannitus subsuit peragi & secundum prescriptam normam ordinatis executionis imperialis peragi debet. At hic & dissertationculæ meæ suos pono limites, ea quæ restant, ad TE. CONSULTISSIME DOMINE CANDIDATE AMICEQUE INTEGERRIME faciens verba. Quanquam autem proscriptorum status omnium fere sit miserinus, atamen infaustissimæ atque plane deploranda si orum non est comparandus calamitati, qui papali perculsi sunt banno ecclesiastico. Præscripti enim Imperio & ejus non solum extero in regno, bona, honorem, famam, novumque civitatis jus, sperare, recuperare ac adipisci possunt, sed & ad coelestia nomine impudente adipirare valent. Banni Papalis fulmen autem excommunicatos & ubique terrarum, quocunque se vertant, insequitur, atque concomitant & quod omni-

(m) Es seynd nunmehr wieder beide Thür- Fürsten zu Cöln und Bayern, die respective Präbation Acht und Ober-Acht vollzogen, jedoch mit dem Unterschied, daß der erstere, JOSEPH CLEMENTS, als Geistlicher, seiner weltlichen von Ihro Königl. Majestät und dem Reich gehabten Hohen Regalien, Präbilegen und den Gerechtigkeiten präfaret, des andern ungünstiger Leib aber und nebenst solcher Präbilegen ledernmaßiglich freigelassen werden, daß sich zwar niemand an den ersten weiter soll vergreissen, weyl aber an den letztern iedes ohne Straße verfreuen könne.

(n) Tit. 77. n. 13. usque 35. anno dñi mcccxxviii.

(o) Cir. art. 20.

omnium mitterimus imo dictu audituque horrendum est, omnibus salutis æternae mediis, ipso cælo, DEI gratia, Angelorum consortio privat & Diabolo tamquam paratissimam prædam, exponit. Eo papalis sacer dominatus, eo inquam sancta Tyrannis, cui terrible hoc judicium sua debet initia, se suosque porrigit effectus. At enim vero & a Theologis & JCTis pusiori Credendorum Formula addictis dudum demonstratum est papale hoc bannum neque in scriptura sacra, neque in ratione sibi recte constante ullum invenire fundamentum ac rationem, cui inniti quoque se tueri & ab iniquitatibus nota defendere possit. Ita & illi ipsi, qui Romanis initiati sunt sacræ injustitiam & iniquitatem summam medio in papatu perspexerunt, ut illi, qui functa illa Imperatoris HENRICI IV. horrendo hoc papali judicio iterata vice a GREGORIO VII. tunc temporis Romano Pontifice damnati, usurpatoque ab eodem inauditu auctu banno politico imperio, bonisque omnibus pulsi, dignitatibus exuti, existimatio neque foedati & tandem in summa egestate morientis tempora composiverunt, bene ob servavere. (p) Immortali autem lau-

(p) Inter quos quoque referri viderique meretur LEHMANN in Chronico Spirensi lib. III. cap. 22. lit. D. & lib. 5. cap. 33. usq[ue] 40. multaque alii in locis per totum fere librum. Operæ autem preciūm erit ipsa verba cap. XXII. lib. III. huc transcribere, qvæ ita se habent: Was nun die Bedrängung des Banns belangt, hat kein Bischoff diese Macht, daß er jemand die Seeligkeit abstricken könne, als solchem Menschen, welchen mit seinen groben Sünden selbst Gottes Zorn und die ewige Verdammnis verwirkt, und sich des ewigen Lebens unsfähig gemacht habe. So gehörte es auch keinem Bischoff zu sagen, daß er Macht habe, Iemand wegen weltlicher und zeitlicher Königreiche und anderer Sachen seines Christenthums zu verbanen, und denselben neben die Teufel zu sezen, da der Herr Christus selbst vom Himmel kommen, und anschuldiges Blutvergiessen hat wollen ledig machen, und den Christen die Lehre hinterlassen, daß Sie umb ihrer Mit-Christen halben sollen das Leben zu lassen nicht weigern.

laude dignus eit, Gloriosissimæ memorie Imperator JOSEPHUS qui bannale Fulmen a CLEMENTE XI. ipsi exercituque suo in Italiam missio minatum parum vel plane nihil habeat illique eodem obviam ibat, & sceptrum regium a Cœlesti manu ipsi commissum, nec ullius superioris potestati in terra subjectum, generoso planeque regio spiritu a papali vindicabat servitute. Laudandi quoque sunt piissimi Principes nostri, qui purgatis in terris suis a Papalibus traditionibus sacris & hoc papale jugum excussere & Excommunicationem ad eam redigerunt formam, ut per eam excommunicatis via ad Cœlum potius aperiatur, quam precludatur; licet ea ipsa Papatus reliquarum non plane expers sit. At quum Tu ipse VIR CLARISSIME, qui & in historia & iuribus tam veteris, quam hodiernæ Ecclesiæ bene versatus es, sine dubio Originem indeolemque veteris, & Causas hodiernæ excommunicationis, ad aliam longe formam ac faciem redactæ, & quæ circa eam sint notanda, in dissertatione Tua inaugurali exactius &, ut facere soles, eruditè expones, merito ab eorum evolutione abstineo, merque orationi finem integerrimo hoc impono voto, ut non solum status Tuus novus Doctoralis, qui TIBI consertur Dignissimo, semper sit felix & faustus, eique accedant alia haud minus condigna augmenta, munia puta magis splendida, lwaveque conjugium, sed & quando Reipublœ prodelle, &, quod ut sero admodum fiat, DELIM exoro, vivere deinceps terrenam hanc felicitatem tandem æternæ quoque salutis concomitetur status omnium exoptatissimus. Mc autem quem nosti integerimum Tuique studiosissimum & imposterum ama. Dabam Dresden d. 24. Julii, Anno

M DCC XXVII.



*Errata.*

Pag. 6. in marg. post conq[ue]sti adde sunt. p.8. in marg. lege *consensum*. lin. 16. pro  
eum leg. cum. pag. 9. in marg. lege q[ui]bi imperio. lin. 14. lege *confessioni*. p.  
13. lin. 17. lege *imperio*. p.15. lin. 5. lege ejus & dele q[ui]be lin. 23. lege *hunc*. p.20.  
lin. 1. leg. *allegatis*. in marg. leg. *Substantialia*. lin. 18. leg. *additis*. lin. 20. post  
feratus adde &. pag. 21. lin. 4. lege *Electoris*. lin. 11. lege *audituque*. in not.  
lit. 1. lin. 3. lege *rehebaffen*. p.23. lin. 12 post *iniquitatem* adde ejus. lin. ult.  
leg. *componerant*. p.24. lin. 12. lege *eligiarum*. lin. 23. lege *Reipublica*. &  
lin. 24. lege *bance*. Conumata autem & alia leviora errata benevolus Lector  
ipse corriget & supplebit.








Kp 1884

X 2635642





12340.  
BaN 47  
33

DISSERTATIO EPISTOLICA  
*Præcipua Banni Imperialis Capita*  
occasione  
 DISPUTATIONIS INAUGURALIS  
de  
*Statu excommunicatorum civili ex men-  
 te Protestantium*

VIR  
Clarissimus, Amplissimus, Consultissimusq; Dominus,  
**DN. WOLFGANG  
 ANDREAS FERBER,**  
J. U. L.  
Advoc. Elect. Immatr. atque Senator Zwickaviensis,  
**Pro obtinendo GRADU DOCTORALI**  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALLENSI  
d. Julii M. DCC. XXVII.  
habuit,  
ex LL. Imperii & Historia expendit  
Consultissimo Dn. Doctorando tanquam Amico suo  
integerrimo  
de adipiscendis honoribus Academicis sincerè gratulatur  
**August Gotthelff Hilliger, J. U. D.**

DRESDAE, JOH. CONR. STOESSELIUS, Typ. Aul. impressit.

Kip 1884

